

## Wiederholung Kap. 68-74

### Adverb

1. Cum Roma arderet, alii cupide bona sua corripuerunt, alii pie manus ad caelum sustulerunt, alii praeclare hominibus violatis adfuerunt.
2. Nero autem, ad auditores versus, superbe carmen de exitu Troiae cecinit. (leite *auditor* her!)
3. Celeriter hic rumor ad aures imperatoris pervenit: "Nero nefarie urbem incendit, nam iam diu locum appetit, ut ibi domum auream aedificet."

### PFA

4. E tota Graecia iuvenes Olympiam conveniebant ludos spectaturi.
5. Certe omnes sperabant (multi autem falso, ut scimus) se victores fore.
6. In ludis Olympiis gloriam quaesituri erant.
7. Alii certamina spectaturi veniebant.
8. Sperabant iuvenes e civitatibus suis in certaminibus victuros esse.
9. Mercatores, qui acceperant multos homines Olympiae fore, putabant se facile res varias vendere posse.
10. Alii in Graeciam iter faciebant philosophos aut oratores praeclaros audituri.
11. Alii res futuras audituri oraculum Delphicum petebant.
12. Romani viros doctos Athenas miserunt leges iustas Solonis cognituri; nam ipsi leges aequas et iustas conscripturi erant.

### Ablativus absolutus

13. Oedipo a Polybo rege excepto omnes falso putabant eum filium regis Corinthi esse.
14. Hospitibus in domo 'patris' cenantibus Oedipus accepit se filium Polybi non esse.
15. Quibus verbis dictis oraculum Delphicum adire decrevit.
16. Pythia respondit: "Aliquando patrem tuum occides. Etiam id video: Mater tua (te ignaro!) tibi nubet."
17. Quo facto Oedipus confirmavit se patre vivo numquam in patriam suam rediturum esse.

### Konjunktiv im Hauptsatz (Prohibitiv, Hortativ, Jussiv, Optativ)

18. Utinam ne Oedipus iter Thebas fecisset!
19. Oedipus seni occurens secum cogitavit: "Velim ille viam det!" Nam iter sine mora perrecturus erat.
20. Utinam senex cessisset! Utinam Oedipus irae temperavisset! Utinam ne senem interfecisset!
21. Ne umquam officia tua neglexeris!
22. Utinam pietatem in superos praestes!
23. Gaudeamus igitur, iuvenes dum sumus! (*Studentenlied*)
24. Oremus! (*kath. Liturgie*)
25. Quod di bene vertant! (*Stoßseufzer*)
26. Sit tibi terra levis! (*Wunsch für einen Verstorbenen*)
27. Audiatur et altera pars! (*Rechtsgrundsatz*)
28. Iter pergamus, nam multum temporis iam hic consumpsimus!
29. Velim omnia bene didiceris!
30. Hoc exercitium tibi usui sit! (exercitium: vgl. engl. *exercise*)